



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu
Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione
Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ
Luci Datus**

Widl, Adam

Monachij

§. III. Sighardi I. & Gottinæ ejus Conjugis pius obitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

remotis subinde æmulis, qui se intruserant, Arnulphus filius successit. Is, cum Sighardi præclaros pro Religione, & re communi labores intellexisset, fovendum optimi Comitis studium ratus, multa alia prædia auctarii locò Sighardo adjecit, quo veluti novo, justoque subsidio bene cœpta in Patriæ bonum ampliùs promoveret,

§. III.

SIGHARDI I. ET GOTTINÆ
EJUS CONJUGIS
PIUS OBITUS.

Vitam inter DEI obsequia multis annis religiosè exatam excepit tandem mors, quam non omnes eodem anno ponunt Ego, quoniam nullam litem cum Chronographis, uti aliàs meminisci suscipendam duxi, quod verosimillimum mihi ex tabularum nostrarum calculo videtur, illam anno non

nongentesimo sexto, vel septimo
sine cuiusquam injuria pono, sive
dein infelici cum Hungaris bello ac
proelio sub Ludovico Rege inter-
fuerit Sighardus; sive non; quæ
temporis controversia est; circa
quod plures Scriptores à seipsis dis-
sident, & non modicè hallucinan-
tur. Probabile est, Sighardum
cruento illi conflictui adfuisse, in
quo tota Nobilitas, quæ ad bellum
illud collecta erat, magna ex parte ab
hostibus concisa, & Ludovicus ipse
Huñis tributarius factus est, ingloriâ
pace potius emptâ quâ Victoriis ac-
quisitâ. Aventin⁹ Sighardū in fausto
proelio superstitē facit, quòd nostræ
sanè temporū supputationi non of-
ficit; cum Hermannus Contractus
Anno DCCCC. infeliciter pugnatū
asserat, Gemblacensis verò Anno
DCCCCIV, & Aventinus denique
Anno DCCCCVI. post quæ meriti-
tis plenus Sighardus pientissimè ob-
dormivit in Domino, Anno secun-
dum

*Clades Ger-
mandorum.*

*Sighardi
obitus.*

dum calculum nostrum, ut dixi
 DCCCCVII. Septimo idus Octo-
 bris, relicto unico filio præcipue
 Domus herede Ratholdo. Unde
 fabulam putamus, quæ de altero
 Sighardi filio in silvis amisso & post
 sedulam inquisitionem nusquam in-
 vento sparguntur, cum tabulæ no-
 stræ non indiligentes ne semel qui-
 dem de eo meminerint.

*Sighardi
 Lam.*

Erat porrò Sighardus de DEO &
 Patria optimè meritus, vir pace &
 bello clarus: DEUM non minus do-
 mi, quàm inter arma coluit, ma-
 nifesto documento, etiam in Sago
 ubi aliàs leges silent, locum non
 vulgari pietati relinqui, dummodò
 sint, qui velint illam etiam inter
 enses & arma colere. Divinum
 cultum Sighardus primus Ebersper-
 gæ fundavit, provexit, ac pro vi-
 ribus amplificavit. Jure merito Se-
 culi illius seu ruditati, seu torpori
 hinc indignamur, qui Viri præstan-
 tissimi vel nulla ampliora facta no-
 bi

bis consignavit, vel consignata temporum injuriis abolevit.

Sighardum pium maritum exinde secuta est per mortem non minùs proba Conjux Gottina eodem Anno DCCCCVII. nisi fortè etiam quòad mensem præcesserit; nam lego ipsam defunctam XIII. Januarii, alii verò arbitrantur, ipsam uno saltem anno Sighardo supervixisse. illud certum, Ratholdum filium ambos parentes magnificè sepeliri Fruxinæ, seu Frisingæ curâsse, ibidèmq; insigni pietate utriùsque manibus parentâsse. ejus illustriora facta, & rerum gestarum seriem proximo capite exequemur.

Mors Gottina Vxorii.



F

CA-